MISSALE DIOECESIS PATAVIENSIS . LEKTIONAR
Diözese Passau / Salzburg, Seite 189r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ad penam. sed interces
sio salutaris ad ueniam.
sit abolicio scelerum. sit
fortitudo fragilium. sit
contra mundi pericula fir
mamentum. sit uiuorum
atque mortuorum fidelium
remissio omnium peccato
rum. ℣. Generalis
Pietate tua quesumus do
mine nostrorum solue uin
cula omnium delictorum.
et intercedente beata
Maria semper uirgine cum
omnibus sanctis tuis dom
num apostolicum. et an
tistitem nostrum. regem et
principes nostros. et me in
dignum una cum omni
gradu ecclesiastico in om
ni sanctitate custodi. om
nesque affinitate. et fami
liaritate nobis coniunc
tos. et omnes xpianos
a uiciis purga. uirtuti
bus illustra. pacem et
salutem nobis tribue
hostes uisibiles et inui
sibiles remoue. aeris
temperiem indulge. fruc
tus terre concede. carna
lia desideria repelle. in
firmis [illegible] sanitatem
restitue. inimicis nostris
ac discordantibus quoque nobis
ueram caritatem largi
re. incredulos conuerte.
errantes corrige. symo
nyam et omnes hereses
et scismata in ecclesia ca
tholica destrue. et omni
bus fidelibus uiuis et
defunctis in terra uiuen
tium uitam eternam
pariter et requiem con
cede. ℣. Se Deus qui
singulari corporis tui ho
stia to[illegible]cius mundi
soluis[illegible]ti delicta. hac
oblatione placatus ma